Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

RS. Non cessamus pro uobis orantes
et postulantes ut impleamini
agnitione uoluntatis eius in omni
sapientia et intellectu spiritali. ut
ambuletis digne placentes domino
in omni opere bono fructificantes et
crescentes in scientia dei in omni uir
tute confortati secundum potentiam cla
ritatis eius in omni patientia cum longa
nimitate cum gaudio gratias agentes
deo et patri qui dignos nos fecit
in parte sorte sanctorum in lumine qui
eripuit nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum filii dilec
tionis suae. In quo habemus redemptio
nem per remissionem peccatorum. per
dominum nostrum. S. mathaeum.
Nullo tempore. Loquente ihu adturbatus.
ecce princeps unus synagoge ac
cessit et adorabat eum dicens. Domine
filia mea modo defuncta est. sed ueni
impone manum super eam et uiu
et. et surgens ihs sequebatur eum.
et discipuli eius. Et ecce mulier
que fluxum sanguinis patiebatur
duodecim annis. accessit retro et
tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. Si tetigero
fimbriam tantum uestimenti eius. saluus
ero. At ihs conuersus. et uidens eam
dixit. Confide filia. fides tua te
saluam fecit. Et sanata est mu
lier in illa hora. feria. vi.

Nullo tempore. Dixit iesus. Sicut fuit Math
in diebus noe. ita erit et in diebus filii
hominis. Sicut enim erant in die
bus noe ante diluuium comedentes
et bibentes. nubentes et nuptias
tradentes. usque addiem qua in
trauit noe in archam. et non cog
nouerunt donec ueniens diluuium et
tulit omnes. ita erit et aduentus filii
hominis. Tunc duo erunt in agro.
unus assumetur et alter relinquetur.
Vigilate igitur. quia nescitis
qua hora dominus uester ueniturus sit.

seuii